1459 Juli 22, Mantua. **Nr. 5974**

Pius II. an NvK (Breve). Er billigt das Vorgehen des NvK gegen Everso degli Anguillara und die Besetzung der Stadt Caprarola. Er ordnet die Ernennung des Giovanni Antonio de' Leoncilli aus Spoleto zum Senator Urbis an.

Kopie (gleichzeitig): Rom, *Arch. Vat., Arm. XXXIX 9 f. 59*^{rv}.
Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 191-194 Nr. XXXIX.
Erw.: Meuthen, Die letzten Jahre 33-35, 38f.

Pius papa ii legato Urbis.

Dilecte fili. Salutem etc. Accepimus litteras tuas et plurimum in domino commendamus fidelem diligentiam, quam in factis comitis Eversi continuo adhibes, que profecto cordi nostro acceptior esse non posset. Consilium autem de capienda possessione Caprarole et vexillo ecclesie ibidem erigendo nobis probatur atque ut sequaris mandamus, volentes etiam ut eum locum opportuna presidio velut alia loca ecclesie munias.[1]) Quoniam vero innovationem aliquam istis in locis iudicio nostro tempora non patiuntur, satius esse ad presens putamus ipsum comitem ab inferendis damnis per diligentem custodiam prohibere, quam excessus eius ullis animadversionibus prosequi. Nam cum ad omne scandalum paratum semper animum habeat, querenda est occasio, quia sine excitatione maioris tumultus recognosci preterita possint. Captivos autem, sicut facit circumspectio tua, relaxari animo procuret et cetera ad tempus dissimilet.[2]) Senatori[3]), ex quo ita desiderat, licentiam proficiscendi ad suos concedimus, volentes tamen ut ante suum discessum tua circumspectio usque ad complementum anni eius loco constituat dilectum filium Johannem Antonium militem Spoletanum[4]) cumque ea potestate et salario, que ipsi per nos erant concessa.[5]) Aliter tutam non putaremus Urbem sine idoneo ministro iustitie per hunc modum relinqui.[6]) Correctori[7]) quoque emolumenta prothonotariatus licet absenti dari mandabimus[8]), et que ex officio correctoratus percipere est solitus, audimus per substitutum suum[9]) etiam percipi. Itaque equo animo poterit Rome de cetero esse. Ubi tamen retineri non possit, placet ut alterum eorum, quos scribis, substituas. Circumspectionem tuam benevalere in domino cupimus. Datum Mantue xxii julii anno primo.

---

[1]) *Everso degli Anquillara hatte am 6. Juli 1459 Menelao di Vico in Caprarola angegriffen, woraufhin der Hauptmann der päpstlichen Truppen Giovanni Malavolta eine Truppe von 36 Fußsoldaten dorthin verlegte, die am nächsten Tag von Everso besiegt und zum größten Teil gefangen genommen wurden. S. Niccolò della Tuccia, Cronaca di Viterbo, ed. Orioli 288; ed. Ciampi 259. Vgl. Paschini, Roma nel Rinascimento 202; Meuthen, Die letzten Jahre 191f. Anm. 1.*

[2]) *Die Gefangenen, die Everso in Caprarola gemacht hatte, befanden sich im Oktober 1460 noch immer in seinem Gewahrsam; s. Meuthen, Die letzten Jahre 193f. Anm. 3.*

[3]) *Sceva da Curte, Mailänder Gesandter und Rom und Senator Urbis. Er hatte bereits seit langem darauf gedrängt, nach Mailand zurückkehren zu können; s.o.* Nr. 5918, 5942, 5949. *Vgl. auch Meuthen, Die letzten Jahre 193 Anm. 4.*

[4]) *Giovanni Antonio de' Leoncilli aus Spoleto; s. Meuthen, Die letzten Jahre 193 Anm. 5.*

[5]) *Die Einkünfte betrugen 250 fl. im Monat. S. Meuthen, Die letzten Jahre 193 Anm. 6. Vgl. auch die Ernennungsurkunde des NvK für Leoncilli vom 1. September 1459; s.u.* Nr. 6005.

[6]) *Sceva da Curte starb am 14. August 1459. Bis zum Amtsantritt seines Nachfolgers Leoncilli wurde der Papstneffe Guido Caroli Piccolomini, Vizekastellan der Engelsburg, stellvertretend mit dem Amt des Senator Urbis betraut; s. Meuthen, Die letzten Jahre 194 Anm. 7.*

[7]) *Johannes Rode, Dompropst zu Bremen, Propst von St. Marien in Hamburg, 1452-1477 Rotakorrektor und apostolischer Protonotar. S.o.* Nr. 5939 *Anm. 9.*

[8]) *Dies war von Calixt III. und Pius II. untersagt worden; s. Hofmann, Forschungen II 22 Nr. 86, 23f. Nr. 98; Meuthen, Die letzten Jahre 194 Anm. 8.*

[9]) *Wohl Giorgio Cesarini, der am 19. Dezember 1458 als Stellvertreter Rodes erwähnt wird; s. Meuthen, Die letzten Jahre 194 Anm. 8.*

»Acta Cusana« Band III Lieferung 1 (978-3-7873-4141-2), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2022.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.